

**Fumus qui tur.** Raperentur enim fumi ad fumos incensos. Sed fumus postquam è terra uel incendio erupit, frigidus est.  
**Fumus fri-** **gidus.** Quod si ardent fumi nec tantum propter exiguitatem id  
apparet, cur non absumuntur? Quod si concedant con-  
sumi, unde cometæ materia? certè res inflamatæ de-  
crescunt & consumuntur. Quod si, uel non succedunt  
fumi cōtinenter, uel cremātur, limò si nec cœlum, ut pro-  
bavi, nec sydera congregant, nec densat motus, neq; halis  
tum accedit, unde iste Cometa nobis generatur? Vnde  
tantus ardor? In loco purissimo, ab hoc aere caliginoso  
remotissimo, & ubi ad calorem nullus radiorum con-  
flictus? Neq; possūm ullo modo percipere causam ue-  
ram tam fixæ ac tam diuturnæ quietis huius fumi. Quo  
uinculo? quo fræno? quo unco? in uno eodem loco  
manet fumus ad 6, 8, 10, menses, donec fumeus mons coe-  
at, & inflametur. Et postquā incipit ardere, quæ causa qe-  
tis est? **Q**iamuis enim feratur cometa cum cœlo, motu  
tamen suo, & vago & incerto, qui proprius est flagrantis  
fumi, non agitatur: cum tamen cernamus globos igneos  
de cœlo ruentes (uidi semel Pisis unum) fulgura, fulmi-  
na, traiectiones quotidianas, & cœli flamas, quibus ter-  
tio abhinc anno cœlum arsit, pelli & fugari fortuito quo-  
dā pulsu huc illuc, uel præcipitare, uel tremere, atq; uibra-  
ri; quæ uibratio in accēsa omni materia & loco uno hærē-  
te semper conspicitur. At enim longinquitas facit, ut hic  
tremor non sit conspicuus, sed moles tanti montis distan-  
tiæ impedimentum superare debet. Et si hoc Aristotelis  
Forma re- dem, cur saltem nō forma est propria flammarum? Quæ-  
rum adenti similitudo est inter pyramidalem ignis formam, & Co-  
um & co- metarum? stant erectæ flammæ omnes, si fomes uno tan-  
metæ. tum hæreat loco. Cometæ uero ferè oēs iacent; Et quā  
Occupatio ille noster describit instar facis ardente, & stantem, co-  
metam ego nō dixerim, sed aliud uisi genus, uti multa fie-  
ti uideimus in aere, quorum naturis ignoratis, homines  
Cœli ardor. tamen arbitratus suo, & sepæ inepte nomina imponunt.

Cum,

**Cometæ  
materia****Cometæ fi-  
xa quies.****Ardetis rei-  
motus.****Occupatio****Forma re-  
rum adenti****Occupatio****Cœli ardor.**